

Presentissimus hujus veneni effectus est, quod ea, quae inferi male, nulla sunt arte curanda. Nulla nisi in sinceritate superest medicina, quam tamen illi, qui semel hoc veneno imbuti fuerit, detestantur. Idem.

Adulatio opprobrat sinceritati.

Hac passim confusulato viget illis, quos colimus, atque veterum, adulandi, & quidquid fecerint, dixerintque laudibus celebrandi, Non opus est probare omnia, si vis esse sincerus; ita neque hanc tibi vindicare licentiam par est, omnia superbe nimis, audacterque increpandi. Nihil magis incommodum, quam importuna, rudisque sinceritas, quae nulla habita temporum, locorumque ratione effudit omnia. Nisi tibi vis inest errorem auferendi ad eo, qui insana meritorum suorum cogitatione superbit, ejusque tandem oculos aperiendi; ne foveas tamen ejus stultitiam, improbitatem ipsius laudibus effrens. Dicis illi, ac follicite dicis, te ex amicorum ejus numero esse, ille credit; laudas, quod novissime ab ipso palam factum est, ille tanquam syrenam cantu, suis laudibus capitur: tu illi inspiras assentationibus tuis recentem superbiam causam, ob quam magis insani, & nunquam respiciet. Hoc malum parit sinceritatis defectus. Ideo perquam raro sincerum hominem reperies, quod omnes compositas adulantium voces adamant. Assentatio ad illorum amorem comparandum tuta via est; fere semper e voto cedit, cum laudantis habitus sumitur, aliorumque vivendi ratio, suavitatis, ac virtus opportune celebrantur. Severissimus quisque laude movetur, praesertim si hoc fiat loco, ac tempore; veluti legitimum tributum excipitur, quod est assentatio mera; non enim dignoscitur, & quavis commentitia virtutis laude facile capitur. Abbas de Bellegarde in Tractatu de sinceritate.

Consilium peccantes plerumque sibi alios gestant adulati.

Ultra mores nostros sinceri esse debemus, ut bona fide loquamur ad eos, qui nos in rebus consulunt, ubi verba sibi dari desiderant; quandoquidem ex eorum oris habitu facile potest intelligi, ab ipsis non confilia, sed laudes exquiri. Accedit quaevis tibi opus aliquid recitaturus, quod sibi egregium, ac recte elaboratum videtur; affirmat ille quidem sententiam tuam illi acceptissimam futuram, seque confilia tua oraculorum loco habituram; verum ubi censoria nota voculam aliquam loco movere volueris, subsistitur, & licet jure te corrigatur, statim infrensus abit, & alio pergit aliquid inventurum minus difficilem, qui vel ut ejus gratiam ineat, vel propter incertitiam, credis ad admirationem superciliosus opus summis laudibus celebrabit. Non quod correctionis sint cupidi, non nulli ex te petunt, quid facta opus sit; sed tuum extorquere suffragium exoptant, teque in suas partes pertrahere: si enim ad eos sincere locutus fueris, & quid de ipsis dicant homines, aperueris, immutatus oris habitus illos prodit, veros statim animi sui sensus ostendunt, ut noster incertitiam, credis ad admirationem superciliosus opus summis laudibus celebrabit. Non quod correctionis sint cupidi, non nulli ex te petunt, quid facta opus sit; sed tuum extorquere suffragium exoptant, teque in suas partes pertrahere: si enim ad eos sincere locutus fueris, & quid de ipsis dicant homines, aperueris, immutatus oris habitus illos prodit, veros statim animi sui sensus ostendunt, ut noster incertitiam, credis ad admirationem superciliosus opus summis laudibus celebrabit.

Quoniam in rebus verba nobis dari cupimus.

Quot in mundi commercio evitentur mala, si confilia potius, quam adulantium lenocinia placeant: at amor proprius censoris nomen odit, cum interim qui adulantur, quasi sensus nostros probare simulent, longe suavioris videantur. Hoc efficit, ut ad senium usque perveniamus, quin corrigamus in nobis imperfectiones quasdam, virtutem ipsam quodam veluti veneno inficientes; seu quod illa nobis explorata non sint, seu quod adulantium amicorum indulgentia prohibet, ne ea cogitemus, quae necessaria sunt, ut nosmet corrigamus. Repellenda est turpissima quorundam hominum assentatio, qui palam quidem commendant, quod clam vituperant; hi proditores sunt sensum suorum, non audent quippe dicere, quod sentiunt, ne molesti sint illis, quibus parere cupiunt. Nonne praesertim illos sinceris monitionibus aliquo dolore afficeret, quam eos ipsorum vitiis, atque infirmitatibus in nullam spem reditus tradere? Idem.

Quoniam complacitate carent; maluntque ineptias applaudere, quam quod sentiant, expromere. Nimium hoc placendi studium turpe est, neque cedit in ejus honorem, qui illac in animos aliorum fudeat irrepere. Illi in sermonibus suis rationem minime consulunt, affirmant, negantque pro loquentis arbitrio, neque audent eis resistere, quae apertissime iniqua sunt, atque criminosa. Attamen libenter cum hujus farinae hominibus versantur, qui faciles nostrae semper arident sententiae, nobis placere contendunt, nobis blandiuntur, atque opportune, importune a-

dulantur. Ultra hos homines diligimus, illos indutrios, ac graves opinamur, norunt enim, merita nostra in lucem asserere, flagitia nostra excusare, atque meditato verborum circutu eadem ita esse, ut vix dignoscantur. Idem.

Quaedam pudoris reliquiae efficiunt, ut primo statim occurrit, eas, quae nobis coram laudibus afferuntur, excipere non audeamus; illas renuimus perinde quasi nos indignos existimarem: verum haec mera affectatio est, ut eos, a quibus laudamur, cogamus producere sermonem, quo valde oblectamur. Quorum haec simulatio? nisi nos palam irrideant; quid opus est hujusmodi simulata veracundia, cum propter ea commendamur, quae re ipsa laudanda sunt? Existimatio nostra minime pendet ab hominum arbitrio, & a laudibus, quibus cumulamur, sed in virtute posita est, & in eis, quae digna laudem operum sunt, quae asseruntur, meram adulacionem sapient, facile eos illis obstruere, qui adeo prodigi sunt laudum, quae nullo ipsis stant pretio; par pari tunc illis rependi potest, ac similia eidem officia perferri, ut id genus laudis tenentur a nobis estimari cognoscant. Idem.

Adulantes frigide re-judicium placere a-dulacione.

Quod in hominum consuetudine unum maxime omnium veteo, est genus quoddam virorum, quibus laudem est avidissima elurios, & qui nihil intentatum relinquunt, ut undequaque hujusmodi capient officia. Si eorum amicus esse cupis, tunc semper adoleas oportet; si quid sentias interrogent de hac, vel illa re, quoque ipsi perplacet, verba omnis assentationis genere referentissima vix eorum cupiditati facit satis. Quis autem labor est viro probo, & cordato, ne alienam subeat invidiam, ea laudibus celebrare, quae non merentur, & palam probare, quod intrinsecus odit? Vel enim probes oportet, vel certe. Nulli tamen patet ab his, qui laudem quaerunt, recessus. Plurimi tamen assabilitatis esse putant, quavis indiscriminatim probare, & quin spatum temporis fumant singula ad examen revocantur, pro qualibet ineptia euge, recte, belle, exclamant, laudes laudibus per fas, neaque cumulant, neque loqui possunt cum quoquam, quin illi adulentur. Idem in tractatu de Adulacione.

Quidam sunt laudum cupidi, ubique eos quosque sibi adulentur.

Intelligendum est usquequo progredi fas sit, ut alteri placeas; laudes immodice non sint, neque injustae, sed personarum merito, dignitate, & characteri accommodatae, ne in adulacionem degenerent, neque aliquid turpe contineant, quod animum fervilem, atque lucri gratia inservientem indicent. Dicit quidem jure potest placendi studium animam esse civilis societatis; hac enim consuetudinis suavitatem constituit, efficiens, ut omnium ingenis te accommodes. Virtus est comis, & facilis; praesertim, ut omnes tibi placeant, vel si non placeant, tanta diligentia tuum doctorem contegas, ut minime erumpat, ac nemini innotescat. In hoc omnibus placendi studio quaedam inest illecebra, cui resistere difficillimum est; facile capimur amore eorum, qui affabiles sunt, atque suaves, qui quidquid dixerimus, probant, neque si quid illos offenderit, indignantur. Haec tamen adeo commoda ingenia admonenda sunt, si ultra cancellos haec ipsorum evaserit complacencia, tandem tedium allaturam, ac ipsos contemptum parituram. Adulatoris est sanda, insandaque omnia audire, ac pati, ut omnes impune quidquid velint, effusant. Affabilitas, non secus ac caetera virtutes, suis finibus continetur; se fe ridiculum praebet, qui futilia quoque commendat, atque in admirationem, & acclamationes erumpit, si ille, qui gratificari studet, periles tantum ineptias proferat. Idem.

Quoniam vera esse debet a-micitia, etiam complacencia iudicium.

Nihil magis jucundum hominem reddit, efficitque, ut studiosius perquiratur, quam prudens illis placendi studium, ubi modo, loco, ac tempore adhibeantur, hoc est, ubi nihil affectatum, atque adulacionem redolens adit. Verum enimvero qui ultra, ac naturaliter aliis placere gessit, nisi diligentius attendat, facile fit adulator. Id genus hominibus adeo placere cupientibus non satis creditur; etenim finem suum conantur assequi, servili modo id, cujus indigent occupantes. Mirum in modum callidi sunt, atque minima quoque norunt exaggerare, perinde ac essent maxima. Omnes fere virtutes tenent oportet, qui complacere velit. Oportet enim, ita sibi, suis verbis, gestibus, affectibusque imperitare, ut nihil elabatur, quod alios possit lacebere, vel illis de nobis conquerentem occasionem praebere. Affabilitas habet nescio quid humani, & officiosi, ejusque praecipuus scopus est qui-

Mala, & bene placencia.

quibuscumque ingenis accommodari; sed pauci sunt, qui veram obtineant affabilitatem. Idem.

Affabilitas est virtus.

Nequaquam operosum esse, affabilem esse, cum omnes blandiuntur, applaudunt, assentantur; sed tunc esse, cum aliquis te improbat, contemnit, ac in jocum tradit, hic labor, hoc opus est. Si quis injuria te vituperat, modeste factum tuum excusa, quin te furor, inquietudo, & ira succendant: si adhuc perferit, postquam tuas rationes attuleris, obmutescit, ne extra cancellos egrediaris: expecta donec errorem suum intelligat, neque putes additendum, ut alii in partes tuas, & ad rationis cognitionem injuriose dictis, vel factis adducantur. Idem.

Adulator expectat, ut vicissim laudetur.

Severa sinceritas, quae nemini parcat, jam de hominum consuetudine sublata est; peccatur potius immodico placendi studio; ac praesertim contra sententiam suam loqui, quam aperte dicere veritatem. Videtur ex adulacionis usu ars facta, vel tributum potius, quod erogatur, ut par pari referatur. Difficile dignosci potest, quando aliquis sincere nobiscum loquitur, vel irridet: existimatio, quam de meritis nostris imbibimus, efficit, ut putemus laudes, quae ex mera adulacione tribuuntur, nobis deberi: verum ut errorem hunc exuamus, nobismet persuadeamus oportet nostris sumptibus alios oblectamentum capere, quemadmodum nos oblectamur alienis, quibus laudem nostram thura prodigimus ex adulacione mera, & contra ea, quae ipsi sentimus. Conamur autem his laudibus ea nobis officia demereri, quae ex solo favore deseruatur, quin illa mereamur. Si quis te laudibus effert, ne id intumesca; neque ea vera putes, quae tibi dicuntur; laudantium hic finis est, ut mutuo laudentur; & dolent, si sibi ea renuantur encomia, quibus alios perquam assententur excipiunt. Idem.

Nescit se ipsum ut assentationis periculum vices.

Psalm. 50.

Ut a fictis laudibus, atque adulacione tuto tibi caveas, nulla potior inveniri potest ratio, quam laudibus ipsis tumeris ipsius, tuoque coram Deo improbitatis cognitionem opponere. Regius Propheta inter aulae suae adulatorum hoc praesertim confiteretur. Iniquitatem meam, agebat ille, ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper; quomobrem tantum miser, me tuas laudes mereri, ut tuam tantum misericordiam perquiram. E-nimvero nemo aprior esse potest nostrum ipsorum judex, quam nos ipsa conscientia; hujus monitu verita a falsis fecerimus, certo intelligimus inter fratissimum omnium acclamationum concentum nos laudibus esse indignissimos. Effatus des sermones pour la Carême, Sermonne in feriam 3. post Dominicam Passionis.

Adulatio periculosa est tentatio pro-jactis.

Trov. 27.

Tentandum est hoc periculosissimum esse genus insidiarum, quod animabus justis Diabolus instruit; suavis hic laudum fumus statim illos extollit, quibus deseruatur, colque lapsibus, gravissimisque erroribus obicit. Postquam tentator nequicquam omnes conatus exeruit, ut bona illorum consilia videlicet inanem illis inspirat ambitionem, eo quod omnia ipsis e voto cedant; & gloriam, quam ex virtutibus suis merentur, in laqueum ipsorum convertit, ut meritum, quae ex recte factis fiunt, subeat iudicium. Quomobrem S. Augustinus, os adulantium fornacis comparat, ubi virtutis aurum mandatur, & nullam aut tuiorem esse ad solidam pietatis periculum faciendum viam, quam laudes ipsas: Probatur homo ore laudantis. Neque ambigit eas quaedam perfectionis speciem vocare eo periculosiorum, quo jucundiorum: neque minus esse difficile aut, adulantium illecebris, quam tyrannorum minis obistere. Quid autem cogitatis o vos, qui adeo prodigi laudum estis? Scitote, nisi has Deo detuleritis, quomdammodo idolatriam speciem a vobis patri, atque non minus esse criminiosum hominibus, quam Idolis thura adolere. Non ne hoc ipsum videtur mortales sentire, qui in vulgato sermone laudare, ac thus adolere synonyma esse arbitrantur? perinde ac ii omnes, quibus adulari, toridem essent idola, quae thure veneraris. Attamen nemo religioni sibi verit, si laudet, atque assentetur; putat enim hoc licere sibi, quandoquidem ut plurimum nulla in laudibus nostris invenitur sinceritas; ac opinatur illis eodem animo recipi, quo tribuuntur; cum interim virus sensum penitiores etiam animae latebras pervadat, & licet cognoscas vulgo laudes esse mendacii refertissimas, tamen in te ipso illas probas sinceratque putas, atque intus repetis in corde, quod ali-

primoribus tantum labii enuntiant, illorumque verbis eam, qua caret, sinceritatem largiris. Immo quin nimis ab illis dictum putes, plerumque dictum amplificationes eorum innoxie auctoritati; & hac labes saepe ad sanctuarii ipsius aras penetrat; sanctissima quaelibet officia aequo conquinat, ac profanat; neque pudet, Ministris Domini eadem offerre munera, quae opificibus iniquitatis tribuuntur. Effatus des Panegyriques pro die Annuntiationis.

Hae sunt ingenia callida, quae facile irrepunt, se se cuilibet accommodantia, officiosa, affabilia, quae aliena submittuntur facilitati, id laudantia, quod ab iis, quibus placere cupiunt, sentiuntur approbari, id autem vituperantia, & improbatia, quod damnari cognoscunt; tristitia cum mœrentibus, hilaria cum lætantibus; sed in id semper intenta, ut quae vere sunt nunquam videantur, indeoque nullam habeant justitiam, nullam sinceritatem. Tibi plaudunt, quodcumque se recte, seu male feceris; quos amas, diligunt; persequuntur, quos odisti, & ut Bibliorum vocibus utar, cubito tuo pulvillus subferunt. Ve qui consunt pulvillus sub omni cubito manus. At nonnum ne eorum impietatem, ac dolam intelligis? Non te amant, sed opes tuas; amant te ipsos. Effatus des Sermones pro 4. post Pentecosten Dominica.

Adulatio est charactere.

Exch. 31.

Psalm. 54.

Officiosa adulatio, tentatio laudum, quam es metuenda! Duo peccatorum genera mihi perniciosissima videntur, ait S. Augustinus, calumniantes, atque adulatores. Illi quidem concivis, ac detractionibus virtutem persequuntur; hi vero illam impetunt laudibus; illi patientiam, hii autem humilitatem. Calumniantium dicitia sunt sagitta acuta; officiosa adulantium illecebra, ut David loquitur, sunt oleum peccatorum. Nulla percutiunt, isti osculantur, sed meliora sunt vitulorum diligentis, quam fraudulenta oscula odentis, Sapiens ait. Cum mihi quis obtractaverit, conscientiam appello, sed cum fuerit assentatus, ipsa etiam conscientia saepe pro me loquitur contra me. Depromptum ex Morali Dictionario, sermone primo de humilitate.

Adulatio est argumentum continentio.

Perniciosissima est adulatio. Numquam adulari debes, vel adulantibus aures praebere, inquit S. Paulinus, quoniam nihil blandius animas fallit, nihilque gratiora vulnera indigit. Assentantium voces suaves sunt, sed illas cor ipsum confodere monet Sapiens. Hoc tamen vitium apud mortales omnes vulgatissimum est; illud vero misererrimum puto, quod invidium, superbumque putamus, qui nobis non adulatur. Porro mira, ac fatalis est ars alios laudare, ut lauderis, effecere, ut alter nos referre gratiam debeat, quod illum deceperimus, ac laudes eo pretio venundare, ut majorem laudum copia referatur! Quae vanitas est, quae infania minus innoti conscientia tua testimonio, quam subdolis aliorum vocibus? minima fallacis elogi aura decipi, ad blandum sirenium concentum sopore capi, & tamquam praeratum aliquod munus, urbanam, officiosamque irrisionem assumere? Idem in moralibus considerationibus de detractione.

Adulatio nonnumquam ad fallendum prodendumque instituitur.

Trov. 27.

Amicis blandiri, eisque assentiri cum aequitas, & ratio postulat, semper habitus fuit affectus sincerissime necessitudinis; ac hominibus blandiri, ut eos prodas, illis complacere, ut decipias, hac semper fuit pessimae adulacionis ars, quae ut finem suum assequatur, veri amici personam induit, ac speciem. Ita dissimulata inimicus sexcentis nocenter est hoste aperitissimo, qui nos palam offendendum, ut nos quidem tusemur, eius vero centum-melias propulsemus. Quomobrem Sapiens ait; Meliora sunt vitulera diligenti, quam fraudulenta oscula odentis. Desumptum ex libro, cui titulus, Guerre aux vices.

Peccata, quae nobis blandiuntur, diligentissime sunt vitanda; majorem enim in modum amori proprio perplacent, atque peccatorum studis, ut quae ingenis obtemperant. Haec de causa pauci sibi ab hujusmodi vitis cavent, & longe pauciores sunt, qui in eadem minime impingant. Non placet enim inimici loco illud vitium habere, quod adeo callide novit affectibus incompositis, atque pravis naturae corruptae ingenis parere. Semper S. Hieron. contra Teod. 10.

Adulatio vitium est seducens, ideoque maxime vitanda.

peram egerint, complaceat. Oppositum omnino præstat ab eo, quod præstabat Apollolus; illa omnia sic omnia, ut omnes, qui sibi aures præbuerint, perdat; & non faveat tantummodo peccatorum ingenis, verum auctrix est eisdem, ut in compositum omnium affectuum suorum motus sequantur, eorum gratiam aucupantur. Affectatis plausibus laudat summorum Principum, divitumque scelera, & iniquitates. Sed harum fraudum pernicies longius adhuc procedit, cum mavult justitiam damnare, ac virtutem ipsam vituperare, quam impio non favere, ejusque nequitiam laudibus non extollere, licet in se Dei ipsius maledictionem detorqueat: *Vae qui justificat impium, & qui condemnat justum. Idem.*

Proo. 17. Mala, quæ parit adulatio.

Si nosse cupis ea mala, quæ parit adulatio, hæc quidem singillatim recenserem non possunt; verum generatim potest affirmari, per hanc prodi veritatem, animos decipi, corda etiam rectissima corrumpi; virtutis contemptum, ac vitii æstimationem fovendi; obicem statui, ne peccatores respiciant, eosque in nequissimis peccatorum habitibus confirmari, atque ut eorum cladi cumulus accedat, effici, ut in his, quæ facta sunt indignissima, sed quæ audiunt laudibus extolli, quamdam voluptatem nanciscantur. *Delectat ea facere, ait S. Augustinus, quæ videmus laudari.* Hi sunt perniciosi effectus, qui ex noxiis adulantiis illecebris proficiuntur. *Idem.*

Adulatores ut plurimum laeri cupidi sunt.

Ex omnibus, qui lucrifaci cupidi, adulatores primas obtinet: licet enim laudes ac plausus illis nullo sint impendio, non tamen pro nihilo hæc distrahunt merces; sed ex eadem ingentem quantum facere adnititur. Si enim aliena approbat vitia, ideo approbat, ne sua damnentur; si malum pro bono, & vicissim haberi studet, res agit sua, ut hoc ipsum de eodem sentiantur. Si parcat, obtemperat, faveat, assentatur fumis, atque locupletibus vitis, id agit, ut eorum sibi capiet benevolentiam, eorumque auctoritate fulciatur. Si quemcumque laudibus excipit, ipse quoque par pari se relaturum sperat, ac egregie operam suam collocaturum; quamobrem videmus, eum laudes liberalis in illos effundere, a quibus cum sœnore par, vel aliquid melius, quod cupiat, se sperat rezepturum. *Idem.*

Nemo fuit unquam simplex adeo, ut sibi persuaderet eos, a quibus fallitur, atque seducitur, ubi tales adlocantur, veros esse posse amicos, dolus enim semper habitus fuit tamquam species proditiionis, quæ non nisi ex inimico amici personam gerente proficiatur. Ita nos ab adulatores decipiunt, atque seducunt; eorum enim assentationibus efficiunt, ut errorem pro veritate amplectamur. Nos in præceptis propellunt, tantum abest, ut retrahant; nostra probant vitia, tantum abest, ut sapientibus consiliis, vel salutari oburgatione ab istis deterrant; nostris flagitiis plaudunt, quin opem ferant, ut inde avellamur, efficiuntque, ut nos felices esse arbitremur, cum in miserrimo, deterrimoque statu versamur. *Popule meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt.* Numquid potest aliquid nequius, atque nocentius decipere, quam aliquid vitia probando, atque laudando peccata, ne inde unquam emergant, atque ut in istis interest? *Idem.*

Mala 20.

Illi etiam in adulatorum numero censendi sunt, qui promissive notas, atque ignotas, probos, atque improbos, bonum, malumque affectatis laudibus prosequuntur. Ita in admirationem rapiunt vanitates, solatia, luxum, ac ineptias mundi, tantquam ingentia quædam, atque præclara: servili ratione nobiles, divitiisque viros venerantur, qui magnifice, atque oppare vivunt, atque superbas domos ædificant, sive propriis sumptibus, sive alienis. Hinc fit, ut in mundo bonum a malo non fecernatur amplius, iusti ab impiis non distinguantur; vitium quidem colatur, virtus vero flocci fiat; impii honoribus, boni contumelias efficiantur. Hoc pacto adulatores omnia corrumpunt, ac fallunt omnes, qui eorum illecebris capti de his, quæ bona, vel mala sunt, ferunt iudicium ex eorum approbatione, quorum numerus sensatorum, cordatorumque virorum numerum longe antecellit. *Idem.*

Ut adulatio nemine et fugias, cave ne in oppositum vitium decidat.

Qui cavet, ne in aliquod vitium ruat, caveat ne in oppositum decidat; neque censoris non ferendi criterium addebet, qui adulari noverit. Sancti, qui mutis se se laudibus reverenter excipere, non erant adulatores; immo nos docuere

in his, qui virtute sunt præditi, virtutem æstimare, celebrare & diligere. *Bona vita, & virtutis & solet, & debet esse laudatio, inquit Augustinus.* Plerique boni viri, cum humiles essent, ac timidi, excitandi iustis laudibus erant, ut recte facerent: ac pro certo habendum est non esse minus iniquum denegare laudes, quas boni merentur, quam illas tribuere iis, qui per nequitiam, & scelus istis se se præbuerunt indignos. *Idem.*

Lib. Conf.

Iustum hoc temperamentum in tribus præcipue consistit; primum, ne homines mali unquam laudentur, eorumve agendi ratio probetur; sed ut taceas potius, quam de illis loquaris; sin autem, quid sentis, cogis proferre, tunc palam citra exaggerationem dicas, quam in re factum illud probari non posse tibi videtur. Alterum, ne laudes aliquem, nisi propter ea, quæ vere laudes merentur, idque ex animo peragas. Tertium, ut modice viros bonos coram laudes, sed eosdem colas, & absentes debitis laudibus celebres iis in occasionibus, ubi id fieri liceat citra affectationem, & quin eas perquisivisse videaris. Hoc pacto adulationem, mendaciamque auferemus, ac simul ea, quæ ad justitiam, & charitatem pertinent, præstabimus. *Idem.*

Temperamentum inter sinceritatem, & adulatiõem servandum.

Ex omnibus vitis nullum servilius, ac indignius est adulatio; qui hac utitur, non tamquam amicus, neque tamquam honestus homo operatur, immo se veluti mancipium vilissimum offendit. Novi quidem urbanitatis non esse, omnes liberiori censura corrigere, eorumque defectus redarguere; sed vir honestus nunquam eo usque proditor erit conscientie suæ, ut dicat bonum esse malum, & contra. Neque dicas, assentationes mera esse officia, atque ineptissimum esse iis animum, aureque adhibere, quæ ex mera urbanitate dicuntur: paucissimi enim sunt, qui laudibus non moveantur, atque inde non intumescant; paucissimi, quorum virtus ita sit confirmata, ut fictarum laudum illecebris non afficiatur, velut olim Sanctus Gregorius Thaumaturgus, qui mediis per turbam eorum, qui virtutibus miraculose ipsius plauderant, ingrediebatur, quasi per invios saltus, ac nemora ambularet, ubi arbores tantum conspiceret, & avium cantum audiret; & multo pauciores, qui sanctum illum Pontificem, qui patiebatur quidem adulatores, sed eo consilio, ut ex laudibus, quæ sibi deferbantur, & quas eminentitas esse putabat, quenam sibi deessent virtutes, & quibus indigeret, agnosceret. *Auctor neotericus.*

Adulatio honesto viro indigna.

Joannes XXIII. ut refert Eneas Sylvius, l. 1. de diff. of facti.

Coguntur nonnumquam homines intrinsecus nos probare, ac licet invitos, tamen intra se nos ipsos commendare. At num inde nobis iustitiam reddunt, & intra se cogitationibus, & extra qua laudibus, ut par est, virtutem nostram celebrantes, qua factis nobis obsequentes, faventes, ac munerebus cumulantes? Hoc usitissimum est coram hominibus scelus, ac venia indignissimum; si quis rite suo munere perfungatur, atque ab omni labore vacuus vitam integerrimam vivat. Quæ bene feceris, invidiam cient, & tantum abest, alios hæc verbis extollere velle, ut immo ea conentur deterrere. Quot nihil laudant? laudem quippe eodem oculo, ut ita dicam, quo pecuniam intuentur. Sibi enim imminui putant, quidquid aliis erogaverint. Quot vero oppositam prorsus ingressi viam in aliud incidunt vitium? Omnia laudant, seu virtutes, seu vitia; omnes laudant, seu bene, seu male merentes; ita ut in laudatorum turba sine ullo discrimine verferis, & confundaris. Sin autem æquis sua distribuunt eogia, si eorum laus solidior videatur, quid tandem hæc laus, hæc eogia sunt, ut illa promereri servili complacentia studeamus? Tanta ne sunt, ac tanto pretio comparanda? Ideo ne tuo ferenda, dissimulandaque sunt, ut ne id quidem quod vel sentis, vel cupis, dicere, aut facere audeas? Hoccine pretio libertatis iactura est subeunda, ac tuo induende personæ, ut mortalibus omnibus placeas? *P. Giroult Sermone de complacentia mundana.*

Quam inanis hominum æstimationo.

Qui adulari ut plurimum ea quæ dicunt, minus crederent.

Plura notanda sunt in his, qui ementitas laudes tribuentes assentantur. Illud primum occurrit, quod longe aliter credunt, ac dicunt; contemuntque tantum intrinsecus eos, quos encomiis exornant, quantum extrinsecus in pretio habere simulant. Alterum depromitur ex natura laudum, quas eligunt; earum enim materiam ut plurimum desumunt ex his rebus, quæ vere dignæ sunt laude, & quas illis falso tribuunt, quibus adulantur. Itaque qui

qui huiusmodi laudibus decorantur, illinc inferre non debent, vel se ipsa iis ornatos esse qualitibus, quæ sibi deferuntur, vel aliquem esse, qui hæc vera arbitretur, sed tantum eas dotes profecto laudibus esse dignas, atque omnibus votis optandam earumdem acquisitionem; hoc est, se inde posse quidem cognoscere non quid sint, sed quid esse debeant. Tertium denique nos monet adulatio, adulatorem non solum non credere, quæ dicit, verum etiam supponere, quod ille, cui assentatur, sit ita fatuus, ac simplex, ut verba sibi dari patiar, ac commentitias laudes pro veris accipiat; & quemadmodum nemo facta probare potest encomia, nisi qui sibi meti adulatur, ita ab assentatore intra se illusiois, ac vanitatis nomine redargui eum, qui adulari. Denique quemadmodum ob quæsum, non ultra alteri assentatur, & adulatioe uteris tanquam medio, ad ea quæ cupis obtinenda; adulatores censent, oportet, eos, quibus illudunt, suime ipsorum ita cæcos amatores esse, ut fucum adeo aperte fieri patiantur. *Essais de Morale, Tom. 3. cap. 12.*

Divites nunquam veritatem intelligunt in his, quæ ad ipsos pertinent.

Difficile est esse affabilem.

Joannes XXIII. ut refert Eneas Sylvius, l. 1. de diff. of facti.

Quam inanis hominum æstimationo.

Qui deo, & hominibus placere cupiunt.

Nemo difficilior seipso potest, quam qui sibi adulari, vel sibi alios adulari permittit. Quotusquidque inter principes vulgari erit, qui sibi meti non blandiatur, atque vel in alione iustitiam, vel in avaritia prudentiam, vel in furora fortitudinem non inveniat? Quotusquisque civitatis splendore, atque felicitatis suæ specie non capitur? Omnibus affectibus proprii adulatur; et non minus adulari ii, qui circumstant, amici; quia in re miserrima est optimum conditio, in iis enim, quæ ad ipsos pertinent, nunquam audiunt veritatem, quæ licet etiam per sexcentas ambages, verborumque involuera apud illos auditum invenirent, eam tamen pari minime possent. *Auctor Anonymus.*

Credit aliquis, ut affabilitatis auram capiet, omnibus, quibus boni species inest, ultra modum, mensuramque, esse laudanda, quæ occasione hoc pacto suppeditabit, ut tamquam adulator, aut illusor habeatur; alius vero se affabilem fore putabit, si omnibus arriserit. Hoc fæne epulas est condite perperam, cum tantum dulcoris immisceatur. Conversatio odit hoc placendi studium adeo molle, atque universale, quo fit turpis, & languida. Nulla res magis quam affabilitas nos iucundos, suaveque potest efficere; sed quæcumque ratio nobis suadeat, ut affabiles simus; nunquam nobis agendum est contra sensum communem, neque oblitendum veritatis meridiana luce clarioribus. Nihil magis dedecet, quam adulari vel immodice, vel importune laudando. Laudes, quæ modum ac tempus negligunt, neque laudantibus honori cedunt, neque laudatis. Quandoque de allicuius virtutibus verba facias, eas ita amplificas, ut pertinacis, vel imbecillitatis tua potius effectus esse, quam meritis deberi videantur, ideoque ubi aliquem eas ob res commendas, quibus ipse caret, profers potius in apricum ejus defectus, qui ex collatione laudum immerito collata magis elucet. *Alius anonymus Auctor Sermone de Urbanitatis officio.*

Non desunt qui & Deo, & hominibus se placere posse arbitrantur; virtutis amatores sunt, ubi cum virtutis cultoribus versantur; neque sibi religioni vertunt in vitium ruere, ubi cum improbis consuescunt; fontium, & speculorum instar, quæ cœlum, terramque, umbras, ac lucem exhibent, quin hanc vel illas potius diligant, ad mutationem æque, ac jugiter semper disposita. Hoc hominibus placendi studium Deo placere non potest; non enim ut Deo obediant, huius viæ homines aliquando virtutem exercent, sed tantummodo ut Mundo placeant; ac Deus meritis nostris non imputat, quæ recte facimus, nisi ipse eorum finis sit, atque obiectum. Hinc S. Paulus sine ullo discrimine ait, se non fore JESU CHRISTI famulum, si placeret hominibus, non quod malum sit hominibus recte agendo placere; sed quod malum est recte agere ex mera hominum complacentia, & hoc uno intuitu, ut istis qualibet in re satisfacias. *Pater Heliodorus de Parisiis Capucinus, Sermone nono de Conversatione.*

Adulatio causâ flagitiorum omnium quæ a Principibus patrantur. *Hæc est causa omnium malorum, hoc est quod virtutem maxime evellit: & si a Regibus aia adulatores omnes eliminarentur, qui ad id conducti videntur, ut quæcumque ab illis sunt, laudibus extollant, ne cito omnia illinc vitia exu-*

larent. Quid enim intentatum relinquunt assentatores, ut principibus placeant? Hos in aliquem ita successos vident? oleum camino addunt; vel si ultio jam sumpta fuerit, hanc celebrant, tamquam actum iustitiae, admirantes immo eorum patientiam, quod nimis diu inimici hominis insolentiam, qui temeritate sua tantam sibi conflavit cladem, pertulerint. Si principes aliquis subditos per vim emungit, atque immania extorquet tributa: non ne statim adulatores accedunt, qui illum absolutum esse bonorum, quæ a privatis possidentur, dominum profiteantur? Non ne huic perferant id, quod in aliis esset injuria, in ipso jus esse, & nativitatis privilegio, & dignitatis auctoritate firmatum? Si turpis, & probrosa vivendi cupiditas illum rapit, non ne id repetunt, quod olim Imperatori cuidam metuenti ne sui nominis gloria emarcesceret nescio quis afferbat, illius esse leges condere, atque ejusdem exemplo ablatum iri opprobrium, ac turpitudinem, quam huiusmodi flagitiis inherere arbitrabatur? *Desimmi prohi esse loco purpurata flagitia; quod avo suo contigisse Div. Cyprianus testatur.* Itaque cum nullum sit vitium, nullum scelus, nulla cupiditas, quibus adulatores personam induere non noverint, qui eos audiunt, & patiuntur, vel a fictis, venenatisque laudibus sibi non eavent, jugi in periculo versantur sexcenta mala parandi, ac in omne seclerum genus ruendi. *Sermo Manuscriptus.*

Efficit adulatio, ut vitia virtutum loco habeantur.

Adulatio non iudicium tantummodo, sed iudicium sensum depravat, sed ipsam etiam voluntatem pervertit efficiens, ut vitium habeatur loco virtutis, atque hac ratione, quin illius horrorem, ut par est, inspiret, in illud esse impellit, qui jam ullo illic feruntur. Ita luxus, prodigalitas, sumptuosæ infanti, si adulatores credideris, indicia sunt animi generosi, liberalis, magnifici; turpissima libidines solatia sunt, vel ad summum peccata, quæ facile veniam consequuntur; fordida avaritia sapiens est in futurum providentia, vel sola ratio qua præfens rei familiaris iactura reparatur. Ita adulatio cuiuscumque vitio novit honestum addicere nomen, quo illius turpitudine celetur, ac illi eam personam induere, ut nemo se ipsum agnoscat, nam maxime cum per scelera, atque flagitia aliis sese tradit liquido cognoscendum. Hinc malo obnoxio præsertim sunt viri opibus, & auctoritate polentes, qui ingenti adulatorum vi stipati ne unum quidem habent amicum verum; quod efficit, ut veritas ad eorum aures nunquam perveniat; nunquam enim hæc in mendacissimo adulantium ore versatur. *Idem.*

Cum adulatio finem suum obtinere contendit, atque sub veritatis, & amicitie, quæ penitus odit, integumento vult apparere, tunc verborum ambagibus utitur elaboratis, modestis, ad reverentiam compositis, humilibus, sinceris, ab omni quæstus specie remotis. Vis enim scire quenam adulantis lingue sit definitio? *Universtas iniquitatis.* Jacob. 3. Vis cognoscere, quinam verus sit adulantis character? est peccator, qui in uno scelere multa coarctat, atque sincerum, bonumque amicum simulans, perfidus est proditor. *Desumptum ex Sermone de Moralibus; eo Sermone, qui est in hoc argumentum.* Natura semper simplex, atque sincera, veram præferat imaginem, ingeniamque notam sui ipsius; adulatores vero subdoli, & a veritate fecerentes ejusmodi signis utuntur, ut fratrum suorum simplicitatem, bonamque fidem fallant, & in errorem inducant. Cum hypocrite formas, figuræque sibi prorsus oppositas, & a cogitationibus suis toto cœlo abhorrentes assumunt; dolis, ac mendaciis naturam, ac se ipsos dedecorant, sed volunt sinceri, & non sunt; loqui affectant, ut ait Propheta. *Loquantur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum.* Pal. 27. Ingeniam quidem eorum voces videntur, pacis, ac benevolentis plenissima, ac latens in corde nequitia fecentias induit species pro eorum affectum, quibus premuntur, varietate. *Idem.*

Adulatores sunt, qui sedulo in rebus suis peccata committunt.

Assentationes quædam minus aperte sunt; sed quæ cum majori sint industria concinnata, exquisitissima adulationis inventa sunt, quibus, quin nobismet vim facere videamur, calide alienis vitis indulgemus: nihil dicimus, nisi diu meditatum, nihil facimus, nisi & loco, & tempore accommodato, nihilque perperam agredimur. Modo æquiva verba tanquam in incertum projecimus, nihil

Adulatio nemine et fugias, cave ne in oppositum vitium decidat.

ulterius dicturi, si displicerint, sed ex illis fufius differendi anam capturi, si ariferint. Modo oculis, & gestu, quod sentimus, prae nobis ferimus, atque modesti silentii, ad quod callide nosmet componimus, eloquentia nimis loquimur. Unicum adulantium negotium est hominis, cui placere desiderant, ingenium scrutari, ut ubi, quod amat, vel odit, cognoverint, subdole veluti eicam, quidquid suavius eidem futurum perpexerint, obijciant. Idem.

Naturali ducimur malo, inquit S. Hieronymus, & adulatoribus nostris libenter favemus. Licet modestum oris habitum prae nobis feramus allatas laudes retendo; eas tamen intrinsecus majori cum voluptate colligimus. Erubescimus quidem audientes illas; atque nos intuens, nobis eas injucundas esse putatas; sed cor extrinsecam hanc, dolosamque speciem mentitur, ac verum est, nos ex eo testimonio, quo facta nostra probantur, summa oblatione perfundimur. Frustra tandem nequaquam mereri testamur, immo eius repulsam nobis merito veritatem; frustra eam frigide excipimus, perplacet immo ea, quae de nobismetipsis cogitamus, aliorum cogitationibus approbati. Fortasse de nobis superbe non loquimur; haec enim nimis infana esse fecit ambitio; sed alios de nobis cum laude verba facientes libenter excipimus. Fortasse hos ipsos leviter incusamus; at ut ab aliis excusemur, adeo vana ambitione insanimus, tanta est in nobis meritorium nostrorum estimatio, tam immodica laudum aviditas. Idem.

Qui laudes, & assentationuculas diligit, eo usque illidem mentem replet, ut licet nequissimus sit, peccatum suum nolle, & illius poenitentiam agere nequeat. Adulantium lingua, ex S. Augustini sententia, sunt quaedam veluti vincula, quae illos, quibus adulantur, cum ipsorum peccatis ita connectunt, ut inter se se expedire minime valeant. Se intrinsecus non alios esse putant ab iis, qui aliorum laudibus exhibentur; se ipsos fallunt, atque animo ea repetentes, quae sibi dicuntur, priorum meritorum estimatio facile cum alienis hujusmodi testimoniiis concordat. Tunc vero quanam spei locus esse potest, futurum ut respiciant; obstruunt enim omnes aditus gratiae, salutaria continent monita, quae sibi suppeditari possunt, atque eam loventes ideam, quam sibi aliorum adstrunt adulaciones? Idem.

Quinam sunt, qui te laudant, & quem ob finem te laudant? Si eorum personas intueor, animam sunt mercenaria, ac serviles, turpe, ac ignavum pecus, homines, qui ex ipsorum Ethnicorum sententia semper infames habiti sunt. Verum enimvero quam praecleara virtus encomia ex hachomino laude profecta? Si eos quaeris tantum tuarum praeciones, quorum fides in pretio sit; homines quare probate virtutis, boni nominis, integerrimos, atque sinceris, qui aequae & vitium laudare, & vituperare virtutes extimescant; sed tantquam pestem terretimum eos subdolos homines fugit, qui ad id tantum suarum illecebris te fallere cogunt. Longe sint a te blandi, ac fraudulenti lacratore, qui cum in faciem te benedicunt, orbis tibi fabulam parant, imo te fabulam obli. Bernard. Epist. 78. Depromptam ex Moralibus sermonibus.

Vos quem praecipua fortuna repente divites, ac potentes efficit, stipati estis adulatoribus, qui magnificis laudibus commentitia vestra merita extollunt, & in omne obsequium vestrae proni vos encomiis celebrant; at num ideo majori in estimatioe mundi vos habet? Necessitudo, qua venalibus hujusmodi assentatoribus adhaeritis, praestat, ut propius intus & in cute introspectamini, ut a majoribus ipsis origo vestra petatur, ut unde profecta, ex quibus orti, qua arte & quaestu celeriter adeo ad magnitudinis fastigium evasistis, diligentius quaeratur. Numquid vero apud adulatores ipsos majori estimatioe nostra fruiunt? Vos quidem praesentes colunt, at clam vertunt in ludibrium; vos plurimum faciunt, cum novos favores, ac uberrima laudum tuarum praemia se putant relatuos; at ubi aliqua calamitas incidit, laudes cum fortuna vestra collabuntur. Tunc nescite laudabant, nunc sincere vituperant; lacri spe vobis adhaerebant, ac per summum dedecus vos derelinquunt; a nutu vestro tantum cond. citi pendebant, donec felices fuissetis; ex quo felices esse desistis, vos ipsos irridunt. Idem.

Mulier, quam fluxa pulchritudo tot hominum idolum efficit, te mancipiorum caetera circumundique septam vides, id unum quaerentium, ut tuis

cupiditatibus obsequantur, vel easdem irridunt; secreta letitia perfunderis abiectionis illorum officia percipiens, & oris habitu partim ad ferietatem, partim ad suavitatem composito eorum laudes, ac famulitium dignaris excipere. Te felicem praedicant, quod tui dotibus ornata refuges; ac mihi crede, tibi illudunt: Qui te beatum dicunt, ipsi te detestantur. Itai. 3. Norunt imbecillitatem tuam, explorant defectus tuos, ac te absentem in locum traducunt; & nisi forte victima es irrisorum suarum, te saltem longe plurimis obijciant irridendam, qui majori pollent rationis usu, atque prudentia. Idem.

Tu quicumque es, qui caecus in hunc humanarum adulationum incidis laqueum, scito ab illis, a quibus commendaris, te decipi: Qui te beatum dicunt, ipsi te detestantur. Quorsum? quia dicunt non quod es, sed quod esse deberes. Te prudentem, sapientemque vocant, cum in te prudentia, ac sapientia magis desideretur; liberalem, cum tuas prodigas opes; zelotem, cum savias; humilem, honestumque, cum ad vilitate te te demittas; vigilantem, cum praecipis tuis; amicorum factorem, cum injustum aliquid patris; severum vitiatorum censorem, cum in contumelias erumpas; ab omni avaritia suspensionem alienam, ac liberalem; cum tuum patrimonium obligaris. Sed ubi praecleara adeo de te praedicant, tunc tibi maxime irridunt; & Idem.

Quid inter amicum verum, atque adulatorem interest facile cognoscas. Ille te in spiritu charitatis redarguit; hic spe quaestus tibi blanditur; ille medelam afferre studet; hic celat, quidquid indiget medicina; ille te, hic opes tuas amat; ille tuam, hic tuam quaerit utilitatem; ille bona dice loquitur, hic te fallit, & decipit. Eo in negotio, quod non tui tantum nominis existimationem respicit, sed ipsam salutem tuam, adulatores fuge, quemadmodum infensissimum quemlibet hostem vitas, & coram Deo eam Davidis praecem effunde: Avertantur retrorsum & erubescant, qui volunt mihi mala. Avertantur retrorsum erubescant, qui dicunt mihi: Euge, Euge. Idem.

Adulatio, & amicitia aequae sibi mutuo advesantur, ac vitium, & virtus. Nihilominus hoc monstrum virtutis nonnumquam personam gerit, & adulator perfecti amici imaginem sumit. Oculis maxime peripicax vix simulationes eius detegere potest, quia exquisita contemtorum industria, & malum, quod boni speciem assumit, non ita facile potest dignosci. Credimus blandos gestus, officiosa, adulantiaque verba finceae necessitudinis effectus esse, quamquam eorum causa sit adlatio; factas enim hic amor ita sibi animum nostrum devincit, ut blandientis lingua lenocinans in cor nostrum irrepit, quin ne ullam quidem calliditatis, & doli suspicionem relinquit. Hec est conditio veritatis, S. Hieronymus inquit, ut eam semper inimicitia sequantur, sicut per adulatorem perniciosam amicitia corrumpuntur, libenter enim quod del. at, auditur, & offendit omne, quod volumus. Desumptum ex P. Jacobo d'Autun dans la conduite des Illustres, parte secunda cap. 10.

Adulator turpi servitute, quidquid sit, probat; atque tunc minus delinquit, cum dissimulat ea, quae male fieri videt ad auctore fortunae suae, ne illi displiceat. Ubi dicenda sunt, quae ledant, obmutescit, atque secreto consensu semet seculum participem praebet, metuens, ne illum, cuius gratiam aucupatur, offendat. Sed cum principis viri nimia essentatur superbia, non satis est illis; sic eorum flagitia dissimulantur, sed ab iis vituperari se putant, a quibus non laudantur, te facti ab iis, qui ipsi non adulantur, & ab iis, qui illos colere abnuunt; contemni. Lingua nequaquam est unicum adulatoris instrumentum; adulatio novas ad fallendum artes excogitavit. Dicunt omnia inservire ad amoris magnitudinem significandam; adulator nihil non adhibet, ut se iucundum illis praebet, quorum gratiam affectat. Umbra nunquam melius solidi corporis ambitum exhibet, quam adulator eos, quos videt, gestus imitatur; & quandoque turpem adeo sibi servitutem imponit, ut natura ipsa erubescat. Altorum defectus in semetipso multiplicat, ut hos exsuperet in illis, quibus placere conatur; eos ad unguem habitu corporis exhibere studet, si per banc membrorum deformitatem finem suum se sperat affecturum; ac sibi videtur naturales aliorum imperfectiones corrigere, cum illas sibi communes praestat, atque easdem imitari contendit. Verum tamen est verborum adulationem, quam gestum esse calidorem, non enim naturae

Bisdem argumenti continuatio.

Diferencia inter amicum & adulatorem.

Adulatio amicitiae contraria est.

Turpia adulatorum capis.

solum, sed morum quoque defectus probare novit, & quadam magis specie conatur efficere, ut ibi sit bonum, ubi non est, vel si sit, fucatae orationis artificio illud amplificare. Idem cap. 20.

Adulator laudat & apparet & veras virtutes in eo, cui placere studet.

Adulator inani virtutis utitur specie eos laudantibus, cui placere conatur; actiones, quae ab eadem longe nimis distant, ope industriae ipsius propius accedunt, timidam dicit verecundum. pusillanimum vocabit modestum. Spiritus Sanctus hoc adulationis genus ferre non potest, ac per Prophetam in illos maledictionem ejaculatur, qui malum bonum, bonumque malum apellant. Qui veras laudes tribunt minus sunt criminosi, non tamen innocentes, & quoniam in laudibus modum non retinent, mendacium meliorem encomiorum partem absumit. Excessus nihil minus a virtute abhorret, quam oppositum ipsius; & immodice laudans laudati virtutem aequae in suspicionem revocat, ac ille, qui frigide laudat. Idem.

Adulatores aulici Tacit. l. 1. annal.

Hic aulicorum est mos, ait Auctor quidam profanus, indiscriminatim omnia principum virorum facta seu honesta, seu inhonesta laudare. Adulantium sermones Principum fortunam potius, quam personam petunt; & cupiditas proficiendi illos aequae & calumniae, & mendacii constituit mancipia. Eorum impudentia nullo sine coarctata, eorumque disciplina naturae leges infringit, atque miro conatu malum immutat in bonum, ac vitium in triumphum adducit. Verum celi maledictio primam adulationis ornam in stat supplicium; illis enim haec mala imprecatur Sapiens: Qui dicunt impio, justus es, maledicent eis populi, & desolabuntur eos scribae. Prov. 24. Idem.

Utrum nequius sit adulari, an adulari res patri.

Adulari, & pati adulantes duo morbi sunt aequae perniciosi; verum uti minime deest servitus quadam ipsa libertate suavior, quidam etiam morbi invenitur, ex quibus convalescere quendam non veniunt, ipse tamen bona valetudine tuum iucundiores. Ita licet adulatio illi, cui se, plerumque suspecta habetur, & adulator ipse novit fallitatem laudum, quas longe impertit, atque adulationis turpitudinem; haec tamen illis non displicet: Ibi enim res agitur virtus, quae alter suam diligit vanitatem, quia sui ipsius idolatra est; alter eam fovet, quia inde percipit utilitatem. Verum quidem est arduum esse dignoscere uter nocentior sit, ille ne cuius lingua venalis semper est ad adulandum parata, an ille, qui laudes suas audiens intumescit; huius quidem caecitas est vituperanda, sed improbitas alterius hanc excecatis non est innocenter. Si adulator nequam est, qui illum patitur, non est minori dignus vituperatione; nam si hic prior sibi meti minime adulatur, adulantium illecebris haud ita facile moveretur. Idem.

Adulatori non fidendum.

Nonne semper nobis ab illo cavere oportet, qui omnes decipit, qui cum eo necessitudinem habent? Ipse etiam assentator, cui non alius sit finis, quam nos fallere, nonne suspicione carere non debet? Finis Oratoris est persuadere dictione; finis Medici morbos pharmacia tollere; sed finis adulatoris est verborum suorum lenocinans in errorem impellere. Si nobis ea esset mens, ut par pari adulantibus referrems; illos procul femoveremus, neque solliciti adeo festinantur nobis id tuis oblati, quod omnibus offerunt. Speciosa verba non semper sunt cogitationis imago, vel cordis interpres. Ne credas illis, qui te laudant, S. Hieronymus inquit, vel potius, ne aures praebes illis, qui te irridunt, & qui, ubi assentationuculis suis os tibi sublevarerint, clanculum tibi illudunt; & si dorsum habes incurvum, cervicem inflectunt, humerosque attollunt, vel similibus gestibus te in locum traducunt. Ita contempsum, atque irrisum, quibus ab adulatoribus excipiuntur, qui oblatas laudes libenter excipiunt, vel sibi fucum fieri patiuntur fictis laudibus, quibus ornantur, digna est irridenda vanitatis illorum remuneratio. Idem.

Remedium contra vitia adulationis.

Tenuitatis nostrae cognitio efficere deberet, ne adulatorum lenocinans assiceremur. Qui te ipsum, penitioresque conscientiae tuae latebras novit, extrinsecis laudibus nunquam movebit, neque alienam approbationem emendicat. Ethnicus quidam haec olim amico suo monita suggerere. Scrutare te ipsum, agebat ille Philosophus, atque ut quinam sis, cognoscere possis, haud alieno sensu requiret, nisi nos ipsi, neque citra visum eorum ceclantur pati possimus, qui injustis nos laudibus cumulant, ut nostra tegant flagitia. Hoc in sensu S. Hieronymus ad insignem virtute mulierem scripsit. Houdry Bibl. Tom. 1.

bens, ostendit dolorem, quo afficiebatur, quod ab amicis in pretio haberetur, & alius ab eo, quem se esse aemulabat, teneretur; atque conqueritur, quod non ipse, sed alius sub nomine suo ab illis diligeretur. Qui hac arte uteretur, non ille quidem adulantium illecebris numquam deciperetur. Idem.

Si nemo aures praebet adulatoribus, assentationes in labiis eorum interirent, non secus ac si acceptatores furum exterminati fuissent, nulli amplius latrones grassarentur. Neque veros hos prodigos laudum largiores latronibus comparare; te enim vera adulatores gloriam furantur, quae viri virtute nitentibus debetur solum, ut eam hominibus tribuant, in quibus nil laude dignum invenis. Ita nihil adulatione turpius est, nihil servilius, nihil indignius, ipsa enim vitium a virtute abhorret, quae mendacit, atque impudente mercatoriam faciunt principum virorum gratiam aucupatur. Ceterum si nihil homini iucundum esse potest, quam libertas, & si arduum est illam tueri, cum in adulationem finis adeo propensum, nonne adulator hoc vitium a se procul arcere debet, nisi omnem honestatis sensum, atque viri probi, honestique existimationem velit proterere? Ita maxime contemuntur id genus homines, qui semper habent r tamquam avidi quassus, sine fide, ac sine probitate, quorum verbis standum non est; sed qui ingentem sibi promittunt ex illis, quibus blandiuntur, utilitatem; sperant enim futuram, ut aliquando laborum suorum uberissimo fructus percipiant; quos ubi fuerint affecuti, primo omnium in fabulam vertent eos, quibus tanta sinceritatis spes fuit adulati. Idem.

Credis forsitan non deesse tibi occasionem complacendi in laboribus tuis, quandoquidem reipsum laudibus cumularis, atque lumina de te existimationem apud alios percerebere intelligis? Sed proh Deus immortalis! cur nam te ipsum fallere gaudes? Parumper animoolve, quae accidunt in vita, atque inventes, te a paucissimis nas existimationis notas excipere; apud hos vero nequam illo haberi in pretio, quo opinaris: haec ipsa eogia sexcentis passum delata fuisse, quae tu ipse quotidie illis deserte consuevisse, quos flocci pendis. Quis hodie non commendatur, seu ut mutuae laudes extorqueantur, seu ut gratia caperetur? explorantur quippe est in animis omnium aditum adulationi patere. Numquamne plurimos praesentes miris celebrari encomiis audivisti, quos absentes, ubi liberius loquendi facultas fuit, contumeliosius, atque opprobriis lacessit intellexisti? Nonne tibi meti adularis, si te unum esse putas, quem omnes bona fide commendat, & de quo sincere ea dicantur, quae de aliis per jocum, atque ludibrium dicuntur, vel ad summum q. x ob id profertur, ut ea urbanitatis officia praestentur, quae mos necessaria quodammodo efficit? P. de la Colombe dans les Reflexions Chreitiennes.

Inter virtutes recensetur assabitas quaedam, quae efficit, ut nosmet eorum moribus accommodemus, cum quibus versamur; & haec virtus, quam Dellex jubet, quadam est indulgentia, stiliumque officiosum, quo alii cedi mus, eosque, ut inquit Apostolus, obsequio, honore, ac reverentia praevenerimus; Honoris invicem praevenerimus; Ad Rom. 12. eorum sensus amplectimur, illorumque consilia, ubi virtus, officioque nostro non sunt opposita, approbamus D. Chrysolomus ad hunc in hoc argumento S. Pauli exemplum, cupientis, quatenus sua conscientia patiebatur, omnibus ea usque conditionis placere mortalibus, omnibusque in occasionibus, ut eos Domino lucraretur. P. r omnia placeo. Omnibus omnia factus sum, ut omnes facerem salvos. 1. ad Cor. cap. 10. & 9. At cavendum ne hujusmodi indulgentia in adulationem degene et; & magnus ille Apostolus, qui se ipsum proponit tamquam virtutis adeo necessariae ad omnes lucrandos, neminemque offendendum exemplar, passus non est, aliquando de se adulationis suspitionem oriri: Neque enim sumus aliquando in sermone adulationis, sicut scribit. 1. ad Thef. 2. Desumptum ex P. Grouff Tom. 3. Quadrag. sermone de emendanda Complacencia.

Amicitia quidem Audium patit placendi amicis, eorumque imbecillitatibus indulgentis. Amicorum affectionibus nosmet accommodemus oportet, eorumque defectus patiamur; quod charitas aequae, ac amicitia suadet: non ideo tamen illis debemus adulari, si quid peccaverint, neque pravus illorum studiis favere, si corrigi possunt. Hoc ratio, hoc re-

Abiectionem animi, quod est vitium est adulatio.

Nosmet ipsos illius vere laudari arbitramur.

Quaedam est charitas, si ana indulgentia, quae non est adulatio.

Amicitia ab adulatore esse debet abesse.

ligio prohibent, quarum utraque suadet, ut sapien- ter, prudenterque illis ea, quae ignorant, officia detegamus; quae vero norunt, ut haec opera compleant, toto pectore incumbamus. P. Nepevca in tractatu de Vita Christiana.

Adulatio non est Charitatis Officium.

Adulatio nequaquam est charitatis officium, licet doceat Apostolus hanc benignam esse, atque patientem; sed potius est amor proprius, lucri avidus omnia ad se referens; adulator enim blanditur sibi blanditur, laudat, ut laudetur, blanditur omnibus iis, quae a viris principibus sunt, ut sibi eos devinciat, in illorum amicitiam irreat, ut beneficium aliquid obtineat. Hoc vitium praeter Divinae charitatis adversatur; probat enim, quod damnat Deus, laudat, quod Deus vituperat, permittit, quod Deus vetat, atque scelera, & vitia, quibus divina Maestas laeditur, iustificat, ut iis placeat, qui in illorum ceno voluntantur, ac denique in adulatorum divinam hanc maledictionem detorqueat: *Ve qui dicunt impio, iustus es.* Prov. 24. *Auctor Anonymus.*

Laudes impis de laze efficiunt, ut se se viros bonos opinentur.

Vitiis diffundere magnum est malum, sed in vitiis ipsis laudari malum est majus; non enim ulla ad poenitentiam relinquatur via. Injuste quippe laudes, quibus impii cumulantur, illos ita excaecant, ut quo iri statu sint, non intelligant. Cum vero injustis laudibus urbanitatis quidam accedere soleant officia, atque non spernenda beneficia, fit, ut qui laudibus extolluntur cum probis hominibus se se confundant, ac sensim eam amittant ideam, quam de se ipsis primum habebant, neque mox semet ipsos agnoscant. Itaque naturalis deceptio cupiditate, qua quilibet se laudari desiderat, sibi ea inesse putant merita, quibus omnino carent, atque ob fictitias virtutes superbiunt. *Desumptum ex libro cui titulus: Civitas vera Officia cap. 1.*

Verum imbecillius si adulari, an pari adulationem.

Operosum est affirmare, uter majorem imbecillitatem praefereat, ille ne, qui aliis adulari non erubescit, an qui alios gessit sibi adulari. Alter quidem parum sinceritatis, integritatis, honestatis praefert, alter vero ingeni sui vanitatem, atque tenuitatem excusare non potest. Adulator verba sua verbis mentitur; immodice laudat; atque laudis ipsa magnitudo probat, a se nullo in pretio laudatum haberi; quem si vere magni aestimaret, vereretur ne eidem displiceret ejusdem eximias dotes amplificans. Hunc sapientia, modestia, & aequitate vacuum putat, sperat enim se ejus initurum gratiam, sapientiam, modestiam, aequitatemque laudando. Qui libenter assentatiunculas audit, mentitur meritum, cui laus unica debetur. Vera virtus fucata odit ornamenta; & se semet satis sufficit, & affectus fulgor, non lucem, sed nebulam, tenebrasque eidem offundit. Te satis probas vera indignum laude, ubi laudes immoedicas audire gaudes. Qui adulari, se contemptui objicit, nam se nimis demittit; humi quodammodo repit, ut illud, quod minime decet, alteri reddat obsequium; & impudentissima temeritas est ei, quem honora-

re cupis, thus, quod dedecus afferat, adolere. Adulatio sive illam exerceamus, sive illam patiamur, nostram auget indignitatem, atque ambitionem; omnes enim nobis irridet, quin intelligamus contemptum illum, vel quo excipimur, vel quem meremur. *Liber cui titulus: Observationes in varia Religione, atque Morali Philosophiae argumenta.*

Numquam novi quid esset officii certare, neque illum nosse unquam volui; rem enim ignaviae plenam utramque duxi, & in illa se se effundere, & iisdem affici; atque Christianam, honestumque virum magis decere putavi alios monere, quid vere sint, & quid falso sit opus, quam adulari ob ea, quae non habent, vel polliceri, quae habere non possunt. Plurimi quidem iocundis urbanitatis officii tibi obsequuntur. Omnes, quos nosci, & plurimi etiam, quos ignoras, jam in obsequium compositi vel te coram salutatum venient, vel per epistolas. Omnes tibi significare contendent, te colere tuo maxime tangi; verum in hujusmodi locutionibus multum adulationis, parum inest sinceritatis. *Pater le Valois Epistola observata de solitudine.*

Inanis officia & adulationis relecta.

Ve, dicit Evangelium, cum benedixerint vobis homines: secundum haec enim faciunt pseudoprophetae patres eorum. *Luci. 6.* Asserere nequaquam possum hoc maledictum in eos absolute contorqueri, qui laudibus ornantur; sed in eos, qui laudari querunt, & cupiunt; qui sibi adulari, qui in illis complacent sibi, atque eas sibi gloriae vertunt, non Deo: nullum enim bonum est, quod ab eo non emanet. Ita Deus sua maledictione non percutit eos, qui laudes recipiunt, sed qui illas adferunt, qui ab adulatoribus sibi focum fieri patiuntur, qui superbiunt, qui innumescunt, qui illis abutuntur, qui ex ea opinione virtutis, quam alii testantur, talis de se ipsis iudicium ferunt; cum immo se se deprimere, atque humilitatis sensus concipere debent inquit defectus suos, imperfectiones, ac secreta flagitia, quae intra se contegant, & quae si omnibus comperta essent, atque explorata, superbia, & confusione suffunderent. *Abbas Trappensis in considerationibus suis in S. Lucae Evangelium.*

Deus maledictione hos percutit, qui adulari querunt, & gaudent.

Sepe laus majus nobis damnum infert, quam injuria; quomobrem scriptum est: *Ante mortem ne laudes hominem quemquam.* *Eclii. 11.* Quin hoc in argumento latius immoremur, asserere possumus lenocinia, blanditias, assentiones, officia, assabitates, omnes humanas consuetudines, omnes existimationis, atque honoris notas, quas ab illis recipimus, qui nos amare professentur, & ob laudant, tantam vim in animos nostros habere, & ob superbiam, quam pariunt, & ob bonam nostrum ipsorum opinionem, quam ciem in nobis, & ob ideam, quam nobis aditruunt virtutum earum, quas non affectu sumus, quas illis obtineremus; ut merito illa Prophetae verba queant applicari: *Popule meus, qui te beatum dicunt, ipsi te desipiunt, & vitam gressuum tuorum dissipant.* *Isaia 3.*

Malum, quod laudes pariunt.

quam medium, ad spiritus mortificationem assequendam, quae quidem est, flagitiosa studia, concupiscentiam, propensionemque in malum cohibere: haec enim omnia nomine mortificationis affectuum continentur, atque in hoc argumento satis affluenter rerum copiam suppeditant, ut quoties in sensu accepta replere valeant orationem, quin ea sint lustranda, quae de singulis affectibus seorsim dicenda sunt.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Multiplex Concionum in hoc argumento Synopsis.

Necessitas, qua in Christiana Religione affectus nostros tenemur subigere; adminicula, quae ad illos infringendos nobis suppetunt; utilitates, quae ex victoria consequimur, triplicem Concionum partem constituent.

Pars prima. Praeceptum idem, quo peccatum effugere, ac illud in nobis pro virili delere jubemur, imperat quoque, ut affectibus nostris bellum inferamus, obique injecto frango cohibeamus. 1. Quia licet peccata non sint (erraret quippe, qui hoc crederet); Deus enim affectus constituit in nobis, ut per illos bonum quidem amplecteremur, malum vero effugeremus; at tamen cum post originale peccatum perturbati fuerint, atque ut plurimum omnium peccatorum nostrorum sint causa, interest nostra, omnem causam auferre, ut illius perniciosi effectus tollantur. 2. Quia est in semet peccata non sunt, facile peccata sunt, cum sint peccatorum materia; si enim eorum impetum, atque vim sequimur, qua nos in seculum propellant, eos nos efficiunt, atque sunt criminosi. 3. Quia inexhausti sunt flagitiorum fontes, quorum cursum nisi inhibeamus totum ipsum exsicantes, efficiunt, ut jurgiter in nova scelera proripiamus.

Pars altera. Cum Deus in nobis affectus nostros reliquerit, postquam propter peccatum originale deleverit, eorumque permiserit tumultum, ut inde merendi occasione nancisceremur, ac virus ipsa possit exerceri; non reliquit nos tamen sine validis adminiculis, quorum opes eos cohibere possimus, ac prohibere, ne nos in peccatum impellant. Haec enim adminicula sunt. 1. Gratia, quae nunquam deest nobis, ita ut licet in portestate nostra non sit primos motus prohibere, postquam tamen divina opem ferere gratia, quantumvis violenti sint, eorum progressus retardare, immo etiam praecipuos muros obtinere ad eos expugnandos subsidia. 2. Vigilantia Christiana ad eas praevidendas occasiones, in quibus affectibus nostris moderari non possumus. 3. Timor Dei, atque praecipuus ejusdem obedientia; quoniam jubet fluctus hos compescere; quemadmodum imperavit mari, ut tumentes fluctus suos in statuta litora alderet.

Pars Tertia. Utilitates, quae ex affectuum nostrorum victoria dimanant, haec sunt. 1. Pax cordis, & quietis conscientiae. 2. Christiana libertas, quae ex damnationis mundi, atque peccati servitute illos eripit, qui suis affectibus serviunt. 3. Certitudo remunerationis aeternae, quae illis promittitur, qui affectus suos debellarint.

Quoad affectum praevalentem, ostendendum est illi qui se se Deo mancipat, ut in virtutis via progrediatur, se se pietati devoteat, ac penitus conetur evertere corpus illud peccati, de quo loquitur Apostolus, incipiendum esse ad affectus praedominantis oppugnationem, atque victoria; aliter enim omnia vel essent inutilia, vel non satis magnum effectum obtinerent; idque triplici ex causa, quae triplicem sermonis partem potest constituere. 1. Quia hic hostis est perniciosissimus, atque metuendus, a quo nihilominus non satis nobismet ipsis cavemus. 2. Fortissimus, qui nos infirmiores efficit, & quem vincere difficillimum est. 3. Pertinacissimus, qui post aliorum cadentem viget adhuc, & contra quem nobis toto vitae spatio sustinendum erit certamen, nisi fortiter illi bellum inferamus, & nisi quam primum ab ipsa adolescentia toto nisu in eum impetum faciamus.

Quoad primum rationem: Hostis est perniciosissimus. 1. Omnium enim maxime occultus, ac minime notus est, atque ideo talis, ut nobismet ab eo non satis cavere possimus. Boni personam indigit, atque hoc passo clanculum lethiferi indigit vulnera, a quibus nosmet tueri, maxime est arduum. 2. Hac ratione, atque sub virtutis praetextu criminiosissimum quoque approbat flagitia, ita ut firior pro zelo, avaritia pro laudabili economia, ultio pro iusta indignatione habeatur &c. 3. Nos

prodit; cum externis hostibus, aequae ac cum internis inimicis secreta init consilia &c. Unde inferre necesse est, hunc hostem esse perniciosissimum, & maxime metuendum; quem nisi statim convellere conabimur, frustra reliquos omnes delebimus.

Pro ratione altera. Hostis est fortissimus, quem tamen infirmus, ac imbecillus oppugnamus, cui parere studemus, ac metumus, non delectatur. Erga illum tales nos praebemus, qualem se praebuit Saul erga Amalecitas; libenter quidem sacrificamus quod magis contemnendum est, sed quod pretiosius videtur, atque perdere metumus, id nobis reservamus.

Pro tertia. Hic etiam pertinacissimus est hostis, qui diutius conabibus nostris resistit, qui etiam post aliorum interfectionem viget, qui nostro ingenio, atque temperamento, omnium actionum nostrarum particeps est, atque ad mortem usque nobis inharet, nisi quamprimum eum de medio tollere aditauerit, sanctam, piamque vitam tracturi. Animi nostri aegritudines mentem ipsam excaecant, quomobrem in omnia ruimus flagitia; nulli consilio, vel rationi aures obstruimus; quod ex Davidis, Salomonis, aliorumque plurimorum exemplis innoscitur. 2. Agitant, dividunt, discerpunt cor ipsum, ubi orae sunt, quoniam illud in diversa rapiunt affectus oppositi; quales sunt avaritia, ambitio, timor, desiderium, &c. 3. Illud, qui alicui parat affectus, & in compositis animi perturbationes sequitur, in servitute omnium maxime turpem, miseram, gravemque detrahunt.

Pro concionis argumento, ac partitione duplex haec veritas assumi potest.

Veritas prima. Omni conatu affectus esse impugandos, expugnandosque. 1. Quia operosus est illis parere, quam eos mortificare; quia ubi illis serviat, servissimam tyrannidem exercet. Unde inferri potest plurima ferenda esse ab his, qui mundo inserviunt, hi quippe affectibus suis obtemperant; quam qui Deo famulantur, qui se ipsos debent abnegare. 2. Quia gaudium, & pax, quae in affectuum victoria percipiunt, longe antecellunt oblectationi, qua perstruit ea possidens, quae ardentius concupivit. 3. Quia gloria, quae ex affectuum victoria proficitur, vera est, solida, ac tuta, cum in eorum satietate nihil nisi pudoris, & confusionis causa invenitur.

Quae vero ad affectus nostros infringendos, subigendosque excitare nos debent potissimum sunt. 1. Gloria, quae uberrima cedit seipso vincitibus, longe profecto uberior, quam si externus debellatur hostis ex Ethnicorum ipsorum sententia, qui hac in re sapientiam, virtutemque omnem collocarunt. 2. Gratiae subsidium, quae nobis suppetit, ita ut eidem satis sit, esse fideles, eique obsequi, ut ad optatum finem perveniamus. 3. Praemii magnitudo, quod hanc victoriam subsequitur, a remuneratore Deo expectandum.

1. Primum praecipuumque Christiana vigilantia munus est affectibus nostris cavere, ne ab iis decipiamur; omnia removere objecta; eos intus, & in cute explorare, atque pro viribus moderari. 2. Fidelis viri fortitudo, ac virtus in hoc posita est, ut illis reluctetur, eisque bellum indicat. 3. Christiani gloria est absolutissimam de affectibus victoriam referre; in hoc enim virtus, atque altissimi perfectionis apex consistit.

Considerari generatim possunt animi aegritudinum natura, & effectus; atque inde praeterea conclusiones ad vira nostrae regimine deprimi.

1. Affectus nostri sapienter natura indiscriminatum in bonum, malumque feruntur. Ideo elaborandum, ut

AFFECTUS.

Eorum perturbatio, & mortificatio. Affectus praedominantis, ejus subigendi necessitas.

MONITUM.

Philosophi in Libris suis, atque in Orationibus Oratores aliter affectus considerant, ubi eos questionum, sermonumque suorum argumentum constituunt. Cum nos autem hic de illi verba facturi simus quatenus ad suggestum pertinent, aliis quidem reliquos curam eorum naturam, effectusque explorandi, aliis vero artem eisdem sciendi, aliis denique munus tradendi, quomodo illis utendum sit, ut hominis rationalis mores, actionesque regantur. Verum ut Concionatorum more loquamur, quatenus videlicet ad Christianum hominem referuntur, eorum perturbationem, eorumque coarscentiorum necessitatem ostendamus, oportet; ut quod vitiorum omnium est fons, virtutum omnium fiat instrumentum. Quae in re vera occurrunt animadvertenda. 1. Cum incompoti affectus in peccatum rapiant, multa esse communia viciis, & Tentationum argumento, de quo suo loco dicemus; & quod consulere poterit, qui opus esse censuerit. 2. Singulis affectum aliquem praeter ceteris commoverentur, qui quidem illius propensionem efficit, atque est primum quodammodo claterium, quo cetera commoverentur. Hunc singillatim Sacerdos Orator oppugnare potest, ac expugnare, si ita nimis patere censuerit argumentum, omnes generatim affectus rationum suarum aciem intruere. 3. Supponendum esset, atque auditoribus explicandum, Christianam mortificationem, veteris hominis mortem, vitam spiritus, angustiam viam, quae ducit ad vitam, in affectuum subjectionem, atque victoria consistere, mortificationemque corporis non aliud esse, quam